



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Ecclesia**

**Buchinger, Michael**

**Dilingae in Rhetia, 1556**

**VD16 B 8998**

Vna ecclesia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

tinet, & in qua uera religio est, scilicet confessio & penitentia, quæ peccata, et uulnera delinquentiū salubriter curare potest &c. Hæc hæc tēnus inconcussa stetit propter constantiam fidei in Christum, unde non immeritò dicitur petra offensionis & scandali, quando ad eam quàm plurimi hæc tēnus collisi.

## ECCLESIA EX PLURIBUS constat.

**C**onstat autem Ecclesia, (in qua à bonis deus colitur 1. Thessal. 2. 1. Timothe. 3. Acto. 12. 1. Pet. 5. &c.) Vt latius discutimus deo annuente, ex pluribus, Barbaris puta: Græcis, Latinis, Hebræis, pueris, senibus, dominis, seruis, masculis, foeminis, non genus, non conditio aditum regni celorum obstruit.

Breuitè, tenetur quilibet Christianus firmiter credere, VNAM esse in terris VNIVERSALEM ECCLESIAM VISIBILEM, ut paulò post dicitur, in fide & moribus errare non ualentem: Cui omnes fideles, in ijs quæ sunt fidei, & morum, obedire adstringuntur.

## VNA ECCLESIA.

**E**ST autem VNA ECCLESIA cum illa ueteri Ecclesia Christi, (utranq; connectit lapis angularis) habēs immobile ac solidum

dum fundamentum usq; ad nos derivatam firma  
 mentum atq; inuicta ueritatis columna, nō con-  
 fusa atq; indigesta congeries, sed ordinatissima  
 Christianorum compages. Nec alia, inquam, est  
 Ecclesia Christiana ab illa ueteri, utraq; enim,  
 ueluti ciuitas magna, fundata est super fundamē-  
 tum prophetarum & Apostolorum, Christum:  
 quem patres expectauerunt, prophetae prædi-  
 xerunt, Apostoli aduenisse prædicauerunt. &c.  
**HANCECCLESIAE** unitatem Solomon  
 indicauit, canticō 6. perfecta mea, una est matri-  
 sue, Electa genitrici sue. Eadem inculcat fortis  
 fidei agonista Paulus ephesijs, ca. 4. Vnū cor-  
 pus, inquit, unus spiritus, sicut uocati estis in una  
 spe uocationis uestrae. Unus dominus, una fides,  
 unū baptisma. Et idē. 1. Co. 11. caput uiri Chri-  
 stus, caput uerò Christi, deus, etc. Vna ergo quā-  
 quam à S. pneumate paracleto regatur inuisi-  
 biliter, EST tamen & in manifesto pa-  
 lamq; cognoscibilis: de hac hymnidicus psaltes e-  
 gregius, Psalm. 21. Apud te, inquit, laus mea in  
 Ecclesia magna, &c. Et idem Psalmographus,  
 Psal. 67. In Ecclesijs benedicite domino, Rur-  
 susq; psal. 106. Exaltent eum in Ecclesia plebis,  
 & in cathedra seniorum laudent eum, &c. Vni-  
 tatis Ecclesiae meminit D. Cyprianus martyr,

Vnitas  
 Ecclesiae  
 Christianae  
 cum ue-  
 teri.

Vide Cy-  
 prianum 2  
 li. Epist. 6.

Ephes. 1:

Ecclesia  
 cognosci-  
 bilis.

B 2 libro

Cyprianus  
anno  
260.

Ecclesia  
atomos  
id est indi-  
uisibilis.

libro 2. capite 12. Ecclesia catholica, inquit,  
una esse potest. scindi uel diuidi non potest. Et  
Augustinus de utilitate creden: cap. 7. ait. Vna  
est catholica Ecclesia, cui hereses alie, diuersa  
nomina imponunt, cum ipse singula proprijs uo-  
cabulis, quæ negare non audeant, appellentur: et  
Cyprianus ad magnum filium li. 1. Epistolarum,  
ait: Quod una Ecclesia sit, declarat in canticis  
spiritus sanctus, Vna Ecclesia est, ebuccinat  
idem Cyprianus in tracta: de simpli: Præla: Quæ  
in multitudinem latius incremento fecunditatis  
extenditur, quomodo solis radij multi, sed ro-  
bur unum tenaci radice fundatum. Et cum de  
fonte uno riui plurimi defluunt, numerositas  
licet diffusa uideatur, exundantis copie largita-  
te, unitas tamen seruatur in origine. Et idem  
Epistol. 8. libro 1. Deus unus est. Et Christus  
unus est, una Ecclesia, & cathedra una, super  
petram domini uoce fundata. Aliud altare con-  
stitui, aut sacerdotium nouum fieri, præter  
unum altare, & unum sacerdotium, non potest.  
Quisquis alibi collegerit, spargit, &c.

ECCLESIÆ unitas unde.

**S**ed unde Ecclesie ea unitas, et sibi per omnia  
secula consentiense R. Ex spiritu unica ue-  
ritatis unico. spiritum eum Christus (qui idoneos

nos